



Universitätsbibliothek Paderborn

Domus Æternitatis

Reserata, Et Ad Ingrediendum Quotidie Memoriæ cogitationibus,
Intellectûs considerationibus, ac voluntatis affectibus Aperta ; Serviet
quoque pro Concionibus; uti & pro Exhortationibus, in Agoniae Domini
Sodalitatibus

continens Impedimenta Et Adjumenta Æternae beatitudinis

Dirckinck, Johann

Coloniae Agrippinae, 1713

24. Medium XI. Statera æternitatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50716](#)

264 Domus æternitatis. Consideratio
Honores ambis? Quære eos in vita æter-
na. Sensibus jucunda sectaris? Vita hæc
guttas tantum; vita æterna, voluptatum
torrentes propinabit. Interea, utere qui-
dem guttis licitis; sed semper insistendo
fonti & scaturiginis. Hac enim est uni-
sapientia, haurire guttas; sed in suo formo-
gustare mel; sed in suo favo; gaudere cru-
turis, sed in Creatore. Vincentius Ce-
rappa, in Seraphino L. I. c. 10.

CONSIDERATIO XXIV.

Medium XI. Æternæ Salutis.

Statera æternitatis.

*Utinam appenderetur calamitas mea, quia
patior in statera! Job. c. 6. 2.*

9. Decembris.

I. Perpende, quomodo Job appendet
& ponderari optet peccata sua, si
una stateræ lance; & in altera calamita-
tes suas; hasque autemet, velut arenæ
maris graviores apparituras. Ita certe
de se vir justus & sanctus. Simili modo
complures hodiecum reperiuntur, cu-
m vel probos, vel non adeò malos,

magnis, multisq; criminibus obnoxios
putant ; & tamen tot se calamitatibus
gravari, imò velut procellis obrui, ge-
munt ac lamentantur, dicentes cum Jo-
nno: Utinam appenderetur calamitas mea,
quam patior in statera ! l.c. O quantè
hic gravior præ peccatis meis, appare-
ret! Verùm heus tu! bone vir: statera justa
& aqua sint pondera. Levit.c. 19. 36. Qui-
bus & culpas & pœnas ponderes: Quia
statera dolosa abominatio est. Prov.c. 11. 1.

II. Colloca igitur in lance una, om-
nia peccata tua lethalia ; quæ forsitan af-
fendunt, ad numerum multorum mil-
lium: & quot hujusmodi peccatis te ob-
tinixisti ; toties æterna Orci incendia
promeruisti: hæc pone in lance altera ;
& videbis ad oculum ; quantum aberres;
& quam in omnibus, quantiscunque ad-
versis, morbis, doloribus, persecutioni-
bus, depressionibus, exilio, infortunio,
diffamatione, &c. nullam querelarum
causam habeas. Unicum peccatum lethæ-
superbiæ, quasi unico temporis mo-
mento commisit Lucifer, Angelus nobi-
llimus; & mox instar fulminis è cœlo,

266 *Domus æternitatis. Consideratio*
in Tartarum præcipitatus est, flammis
que æternis addictus. Adam pomi ve-
ti frustum comedit; & inobedientia
mine se obstrinxit; ac mox è terrestri
radiso ejectus; omnibus ortūs sui pra-
gativis exutus; ad nongentorum an-
num pœnitentiam condemnatus est.
steros quoque omnes (cogita quo
liones) mortis & tantarum calamitatium
hæredes scripsit. O quale diluvium
lorum , ob peccatum unicum , totum
Mundum inundavit! & æternum totum
marum interitum peperit ! Atque hinc
nius peccati funestus est partus: & tu possumisti
tot peccata, de calamitatibus tuis que
ris? *Appende in statera.*

III. Sed demus , te unico duntas
in omni vita tua , lethali criminē
offendisse: an vel sic causam justam quoniam
relarum habebis ? Contrarium jam dubium
Lucifero & Adamo vidisti. Sed micans homi-
lancem unam , unicum peccatum Lete
le ; in alteram incendum inferni per
ne, quod promeritus es, & cernes judicium
divinæ æquitatem. Rursem arripe
teram , & in una scutella pone ini-

amis tormenta, ignem, famem, sitim, vermem,
ni veitorem; in alteram conjice, quidquid
ntia cingquam crudele, terribile ac dirum, ab
estri pube condito excogitavit & adhibuit
i pia tormentorum, sæva Tyrannorum cru-
n ant delitas; & videbis, posteriora omnia,
s est. velut plumulam, aut aquæ bullam in
uotum sustolli.

Monitum.

Quid igitur, ô homo impatiens! in
adversis lamentaris? Quid Do-
mum & viciniam querelis imples? nullies
que hic graviora, vel unico mortali crimen me-
& tu posuisti: omnia enim hujus Mundi adver-
nis que lae ac supplicia, cum æternis comparata,
vix festuca aut palea sunt reputanda.

Quecunque gravia, ait S. Augustinus
ne De serm. 109. In comparatione æterni ignis,
stam quoniam tantum parva, sed nulla sunt. Si adhuc
m jam dubites & queras quare? Audi S. Chryso-
d microm, rationem reddentem: Hec tormenta
um Lepra temporaria sunt; illic vermis non moritur,
ni per ignis non extinguitur. Homil. 19. ad pop.

10. Decembris.

COncedamus etiam, te tantâ sem-
per vixisse innocentia; ut in omni

M 3

vita

268 Domus aeternitatis. Consideratio
vita tua , ne vel unum admiseris lethale
peccatum : sed quotnam perpetrasti pec-
cata venialia ; quibus omnes obnoxii su-
mus ? Siquidem in multis offendimus ou-
nos , Ut inquit S. Jacobus ep. c. 2. 3. Et
non est homo in terra , qui non peccet ; in
Ecclesiastes c. 7. 31. Excepta sanctissima
Virgine Maria , ut scribit S. Augustinus,
L. de nat. & gra. c. 36. Si omnes illos sa-
etas , cum hic viverent , congregare pos-
sumus , & interrogare , utrum essent sine pe-
ccato ; quid fuisse responsuros putamus ,
quod S. Joannes Apostolus ? Si dixerimus
quod peccatum non habemus , nos ipsos sed-
ecimus , & veritas in nobis non est . I. Joan.

II. Ut autem clarius perspicias num-
rum peccatorum venialium , quæ com-
misisti ; sume palimpsestum & creas
calculumque sive computum ini-
modo : scribe 365. dies unius anni ,
scribe cuivis diei 7. peccata venialia : i-
quidem septies in die , potest cadere ju-
stus ; juxta illud Proverb. c. 24. 16. Septuaginta
cadet justus & resurget . Et numero lo-
tenerario multiplica dies anni , ita ut
anno resultabunt peccata venialia 250.
decadas

ethale decennio 25550. annis autem quadra-
ginta numerabis centum & duo millia.
ducenda peccata venialia. Quod si ex
his unum solum, meretur calum adver-
sus, pestem, famam, bellum, exilium, ja-
cturam bonorum, immo ipsam mortem;
quid merebuntur tot millia?

III. Unum peccatum veniale diffi-
cile commisit amicus Dei maximus
Moyses, & ideo terrâ promissionis ex-
clusus est. Num.c.20.10. Unum pecca-
tum veniale admisit Uxor Lot, ex curio-
itate respiciens retrò; & mox conversa-
ta in statuam salis. Gen.c.19. Vir pauper-
culus, colligens duo ligna die sabbathi,
a Deo jussus est lapidibus obrui. Num.
c.15.35. Quadragesita duo parvi pueri,
Elioram irridentes & dicentes, *Ascende
calve, ascende calve;* ab ursis dilacerati
sunt. 4.Reg.c.2.23. Ezechias Rex san-
ctus, Legatis Regis Babyloniæ, ostendit
thesauros suos; cum elatione quadam &
ostentatione. Atque in pœnam hujus
vanitatis, omnibus suis rebus spoliatus
est, quæ cum Filiis abductæ sunt in Baby-
lonem. 4.Reg.c.20. Unum quoque pec-
catum

270 *Domus aeternitatis.* Consideratio
catum veniale perpetravit David, juben-
do numerari populum sibi subjectum
quæ vanitas & ostentatio, ita Deo di- pli-
cuit ; ut peste ob id repente immissa,
vivis sustulerit septuaginta millia vir-
rum. 2. Reg. c. 24. 15. Computa, quæ
virorum millia meruissent deleri peccata
venialia duo, quot tria, quo decet.
Ex quibus collige, qualem tu penitentiam
merearis, licet totâ vitâ tuâ, non nisi un-
cum admisisses peccatum veniale. Ap-
pende in slatera, hinc peccata tua, inde
adversitates ; atque inter omnia advenia
animus stabit in æquilibrio.

Documentum.

JNUNC, homo querule in adversis, i-
pondera malitiam, numerumque pe-
catorum tuorum, eaque cum calamita-
tibus ad libellam expende. O quod
meruisti, excludi longo tempore ter-
missionis cœlesti, ac mitti in exilium
purgatorii, propter dissidentias? Quod
meruisti converti in statuam salis, obcu-
riositates ? Quoties lapidibus obrui, o-
modicas sabbathi violationes ? Quoniam
dilectio

dilacerari à belluis, propter proximi irri-
siones? Quoties omnibus spoliari bonis,
propter ostentationes? Quoties peste in-
fici, cum omni familia, ob tuas vanitates?
Hæc confer cum iis, quæ modò sustines
adversis; ac facile dispicies, quām im-
meritò queraris & quod non possis ei re-
pondere unum pro mille. Job.c.9.3.

II. Decembris.

Quod si verò peccatorum pœnæ,
non satè ad patientiam te per-
moveant; præmiorum saltem cælestium
magnitudo inflectat. Apprehende denuò
tanquam æquus libripens cum S.Paulo
stateram, in cuius laneam unam, conjice
omnes hujus vitæ tribulationes & misé-
rias, labores & vigilias, famem & siti,;
frigus & nuditatem, carceres & ærum-
nas, infirmitates & dolores; naufragia &
pericula. In alteram verò lancem mitte,
æterna cæli præmia, ac immarcessibilem
gloriæ coronam: & videbis, quomodo
lax tribulationum, velut plumulis pau-
cis repleta, violenter attollatur: lax au-
tem, præmiis cælestibus grava, subsi-

M 5 dat:

172 *Domus aeternitatis. Consideratio
dat: unde meritò ad lantem illam pro-
nuntiabis; momentaneum & leve; ad
hanc verò aeternum gloriae pondus.*

II. *Mendaces filii hominum in statu.
Psal. 61. 10. Qui leves hujus vitæ ad-
versitates, gravissimas ducunt; aeterna
verò sive pœnas, sive coronas, parum
ponderant. At non sic Filii Dei; non
gloriosi Christi pugiles, qui tormenta
omnia, mortes ac martyria, licet crudel-
issima, tanquam exigua & brevia, tan-
quam momentaneum & leve censuerunt
ac despicerunt; præmia vero cælestia &
coronas immarcescibiles, velut aeternum
gloriae pondus, summi æstimarunt. Atque
haec æqua ponderatio, ad mortem
supplicia quævis, animo forti suben-
da inflexit.*

III. *Quid enim animavit Apostolorum
Principem? Quid Doctorem Gentium?
Quid sanctos Stephanum, Laurentium,
Vincentium, Sebastianum, Ignatium,
Agnetem, Theclam, aliosque Martyres
inter gladios & cruces; inter equules
& sartagines; inter leones & bestias;
ter laqueos & secures; inter pruhi-*

ignes? Momentaneum tribulationis, aternum pendus glorie; gaudio & voluptatis. Quid hisce fortissimis Christi Athletis, prunas in rosas, cruciatus in recreaciones, laqueos in torques aureos convertit? Quid confortavit, quid solatio replevit, quando suspensi sunt, decollati sunt, lapidati sunt, lecti sunt, decorticati sunt, lacerati sunt, excoriati sunt, adusti sunt, fricati sunt, tosti sunt, aliaque tormenta dirissima perpessi sunt? Momentaneum & aternum. Momentaneum pœnae, aternum glorie.

Monitum.

Dem quoque te, O Christiane! in quacunque cruce, dolore, morbo, persecuzione, morte ac martyrio, sive cruento, sive incruento, animet, excitet, robotet ac soletur. Appende & pondera, adversa & præmia, visoque immenso discrimine, bene animatus dices cum S. Augustino: in Psal. 36. *Quid appendis cum infinito, quodcumque finitum?* Exclamabis quoque cum Apostolo: Momentaneum & leve tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate aternum gloriae pon-

M 6

dus

274 Domus æternitatis. Consideratio
dus operatur in nobis. 2. Corinth. c. 4. 1^o.
Obstupesces denique cum Filiis Israël,
dicens Manhu? manhu? Quid est hoc?
quid hoc est, quod pro imicis, minutis
momentisque laborum ac dolorum, pro
Dei honore toleratorum, tanta in
beatitudinis effundantur à Deo prode
via? Tunc videbimus ac fatebimur, cu
Vate regio; psal. 28. 10. dicentes: Dom
nus diluvium inhabitare facit, in domi
sua cælesti, & in quilibet anima sancta
Verè enim non stillicidiis, non torrenti
bus, non fontibus, non oceanis, sed ipso
diluvii suæ magnificentia, omnes bea
tos inundabit Deus, merces magna, mag
na, magna nimis.

CONSIDERATIO XXV.

Medium XII. Æternæ Salutis.

Prægustatio æternitatis.

Gustate & videte, quoniam suavis est Di
minus. Psal. 33. 9.

12. Decembris.

I. COnsidera, gustum in rebus spacio
tualibus, æternis ac divinis; be